

P V I S

1 6 1 8

- I. *Oratio de Casu Aliabili ad Academiæ.*
- II. *Simonis Stenii Dialogi duo Græcè conscripti.*
- III. *Oræes duæ: una de Consensu Theologiæ Lutheæ cum Alia Epicuri, Hungeri Pontifici: altera Schilæi prioris Apologiam continens.*
- IV. *Petri theses de Peccato Originali.*
- V. *Samuelis Porisii de Invidia.*
- VI. *Orationes Septem à Johanne Pseffingero et Henrico Salmutho in commendatæ Rectorum Lipsiensium habita.*
- VII. *Oratio Funeris de Augusto Saxonia Electore, Furmani.*
- VIII. *Oratio de Vita Christiana.*
- IX. *Oratio Chrysostomi de Exortio Mundi Latine recitata.*
- X. *Davidis Viti de Justitia et Bonis Operibus.*
- XI. *Oratio Auleanti, quæ ad Mtra. Studium Societatis Auditoris.*
- XII. *Tollam theses de Pelagianismo.*
- XIII. *Ceschi oratio in actu Magistræi habita.*
- XIV. *Hutteri Laudatio Funeris Christiani II. Electoris Saxonie.*
- XV. *Epopsis Synopsis Mythica de Comœdia Æsopica.*
- XVI. *Moti Vituperatio & Laudatio et cetera.*
- XVII. *Indicium sicut Conjugis D. Tassenloeyer.*
- XVIII. *Oratio M. Aemilii Porti in Actu Magistræi.*
- XIX. *De studiis Expositæ Abstractioribus.*
- XX. *Gedici Defensio Legum Mulieris.*
- XXI. *Hopfneri Oratio Funeris Lysero dicta.*
- XXII. *Oratio de Pœtâ Avini tranquillitate.*

EX LIBRIS  
 ILLUSTRISSIMI VIRI,  
 DN. DAN. LVDOLPHI,  
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
 STATUS INTIMI, cetera,  
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
 TESTAMENTO RELICTIS,

MF 34

60.

4





IV  
4.  
Doctrinæ  
DE PECCATO ORI-  
ginali

EXPLICATIO OR-  
THODOXA ET METHODICA,  
CERTIS THESISBUS COMPREHENSÆ:  
de quibus in celeberrima Academia VVite-  
bergenſi X VIII. Septembris hora  
& loco conſuetis,

Præſide

VRBANO PIERIO D.

Pro Licentia accipiendi gradum

Doctorum in Theologia, publicè respondebunt:

M. CHRISTOPHORVS GVNDERMANNVS, Pa-  
ſtor Eccleſiæ Dei ad D. Thomam, & Profeſſor  
ſacræ Theologiæ Lipſiæ.

M. PETRVS CALAMINVS, Theologiæ Profeſſor  
& Concionator in templo arcis VVitebergæ. J.

M. GREGORIVS SCHONFELDT Zanenſis.  
JOHANNES CHRISTOPHORVS FLVRI-  
rus Francus.

WITEBERGÆ,

Ex officina Typographica Zachariæ Lehmanni.

ANNO M. D. XC.

4.



D. Thomae Aquinatis  
 Summa Theologiae  
 Pars I. Q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



THESES DE PECCATO ORI-  
GINALI.

M. CHRISTOPHORVS GVN-  
dermannus.

THESIS I.

**P**eccati vocabulum ex eorum  
genere est, quæ πῆος ἐν vel ἀφ' ἐν & dicuntur.

II.

Primum enim usurpatur de malo culpa, quod est  
ἀνομία 1. Iohan. 3. 4. Et sic quidem nunc de primorum  
parentum transgressione Rom. 5. 14. nunc de natura  
ante a bona pura q<sub>3</sub> depravatione Psal. 51. 7. Rom 7. 8.  
Heb. 12. 1. nunc de operibus carnis seu peccatis actua-  
libus 1. Ioh. 3. 8.

III.

Secundò de reatu & pœna 1. Pet. 2. 24. Heb. 9. 28.  
quæ sunt illius ἀνομίας effecta Rom. 5. 16.

IV.

Tertiò de victima reatum & penam peccatorum  
in se recipiente Hos. 4. 8. 2. Cor. 5. 21. quamvis in hoc  
ad Corinthios loco etiam Christus peccatum dicitur,  
quia factus est reatus & maledictum, cuius maledi-  
ctione nos absoluti sumus Gal 3. 13.

A 2

In hac

## V.

In hac disputatione cum peccatum originale nominamus, non solum primam, sed etiam secundam peccati significationem complectimur.

## VI.

Nuncuparunt autem veteres peccatum originale, quod originem trahens à parentibus innascatur nobis, & iure hereditario uniuersos comprehensos teneat, Ps. 51. 7. Job. 14. 4. Rom. 5. 12. quodq; ex hoc peccata actualia originem ducunt Rom. 7. 17. 20. Iac. 1. 15.

## VII.

In huius peccati cognitione diligenter nobis versandum est, modò imaginem Dei ad quam initio conditi sumus, lapsum humani generis, naturæ nostræ destructionem, liberum arbitrium hominis, eiusdemq; ad Deum conuersionem, misericordiæ diuinæ magnitudinem, Christi mediatoris beneficia eius merito parta et acquisita, adeoq; uniuersam theologiam rectè tenere & intelligere uelimus.

## VIII.

Est uerò peccatum originis carentia bonitatis originalis, hoc est, reatus & fœdissima humane naturæ prauitas ac corruptio, quæ per lapsum primorum parentum in omnes homines naturali modo nascentes propagata, perq;



perq̄, singulas anima ac corporis partes diffusa, & ope-  
ra carnis in nobis profert, & reos nos facit ira Dei, mor-  
tisq̄, & damnationis aeternae, nisi fiat remissio propter  
Christum mediatorem fide apprehensum, & renoua-  
tio natura per spiritum sanctum.

IX.

Qua definitio ut verbo Dei consentanea est, ita na-  
turam, causas, effectusq̄, & remedium mali huius ex-  
primit & ostendit.

X.

Natura illius exprimitur, dum carentia bonita-  
tis originalis, reatus, prauitasq̄, & corruptio humana  
natura appellatur.

XI.

Quibus verbis & naturalis ad bonum aduersaria, ad  
penam obligatio, & ad peccandum inclinatio, ipsaq̄, à  
Deo auersio notatur.

XII.

Non enim bonitas originalis, qua fuit illustris de  
Deo notitia, & congruentia omnium virium cum lege  
Dei, atq̄, acceptatio hominis corā Deo, duntaxat amissa  
est: sed secuta quoq̄, sunt contraria mala, quibus tota  
natura hominis ita deprauata & corrupta est, ut nihil  
in ea integrum et non contaminatum permanserit, rea q̄,  
& contumax facta sit. A 3 Ideo

## XIII.

Ideò hæc mala peccati originalis scriptura nominat corruptionem, quæ est in mundo per cupiditatem 2. Pet. 1. 4. peccatum propagatum in omnes homines Ro. 5. 12. inhabitans peccatum Rom. 7. 18. 20. absentiam boni & præsentiam mali 4. Esdr. 3. 22. τὸ ἐυκρίστον ἐστὶν ἁμαρτίαν Heb. 12. 1. duritiem cordis Ier. 7. 24. & 9. 14. & 11. 8. & 13. 10. & 16. 12. & 23. 17. cupiditatẽ cordis Rom. 1. 24. impuram cupiditatem 2. Pet. 2. 9. legem peccati & legem membrorum rebellantem legi mentis Rom. 7. 23. corpus mortis Rom. 7. 24.

## XIV.

Ipsè quoq; homo natura propria relictus, qualis videlicet in se est, vocatur imago Adæ Gen. 5. 3. semen immundum Iob. 14. 4. in iniquitate genitus Psal. 51. 7. progenies viperarum Matth. 3. 7. & 12. 34. generatio prava & peruersa Deut. 32. 5. mala & adultera Matth. 12. 39. deceptricibus cupiditatibus corruptus Eph. 4. 22. incircumcisus corde Ier. 9. 26. Ezech. 44. 7. Actor. 7. 52. semen malorum, in quo à planta pedis usq; ad verticem non est perfectio Esa. 1. 4. 6. deficiens & rebellis Psal. 78. 8. tenebra Iob. 1. 5. Ephe. 5. 8. animalis homo, qui non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei 1. Cor. 2. 14. neq; idoneus ex se ipso ad  
cogi-

7  
cogitandum quicquam, 2. Cor. 3. 5. sed insipiens, Stultus & stupidus Psal. 14. 1. & 94. 8. Dent 32. 6. Iere. 10. 14. vanusq; factus in ratiocinationibus suis, & obtenebratum ac desipiens cor habens Rom. 1. 21. adeoq; mente corruptus 2. Tim. 3. 8. & in offensis & peccatis mortuus Ephe. 2. 1. & 5. & deniq; filius iræ Ephe. 2. 3.

### XV.

Inde etiam est quod homini tribuitur mens excacata, 2. Cor. 4. 4 & omnis iudicii expers Rom. 1. 28. Cogitatio vana Psal. 94. 11. intelligentia inimica DEO, Rom. 8. 7. voluntas prava Rom. 7. 19. rebellio & contradictio aduersus Deum Rom. 10. 21. cervix dura Exod. 32. 9. & 33. 3. Deut. 9. 13. Act. 7. 51. frons aenea Esa. 48. 4. Cor adamantinum Zach. 7. 12. lapideum Eze. 11. 19. & 36. 26. fraudulentum & peruersum Ierem. 17. 9.

### XVI.

Integra verò corrupti hominis descriptio exstat Rom. 3. ubi Apostolus primum in genere omnes homines iniusticia conuincit: Deinde in specie ostendit, & mentem & voluntatem prorsus esse impuram & peruersam, quòd omnes deflexerint à Deo, & inutiles facti nihil quicquam iusti & boni exerceant: Deniq; praeipuas corporis partes corruptas & deprauatas esse asserit:

8  
rit: quòd guttur sit instar sepulchri aperti, lingua do-  
lis plena, labia veneno sublita, os execratione & ama-  
rulentia plenum, pedes ad effundendum sanguinem  
veloces &c. Atq; ita omnibus hominibus defectum  
gloriae Dei tribuit.

### XVII.

Et Ephe. 4 dicit gentes, hoc est, homines sibi reli-  
ctos versari in vanitate mentis suae, habere cogitatione  
obscuratam, à vita Dei alienari per ignorantiam exi-  
stentem in ipsis, & obduratione cordis laborare: qua  
etiam fiat, ut amisso conscientiae sensu se ad omnem ne-  
quitiam prostituunt.

### XVIII.

Ad eundem scopum veteres Ecclesiae patres colli-  
neantes, & privative & positive hoc malum descri-  
pserunt.

### XIX.

Cyprianus enim fomitem mali appellat, qui ir-  
ruptionibus vehementibus erumpat &c. Augustinus  
nunc naturae languorem & malam concupiscentiam,  
nunc venenum pestifero flatu serpentis inflictum, vene-  
nosam & mortiferam libidinem, venenatum malum:  
Anselmus & Bonaventura carentiam iusticiae debite  
inesse,

9  
inesse, & inordinatam concupiscentiam in carne: Bern-  
hardus delictum quod non solum personam, sed & na-  
turam infecerit.

XX.

Inde etiam D. Lutherus & alij theologi nominant  
peccatum natura, peccatum substantiale, morbum, le-  
pram & mortem spirituales, fermentum Diaboli, in-  
tellectus & voluntatis corruptionem, caliginem men-  
tis, cecitatem, ignorantiam Dei, aversionem à DEO,  
inordinationem, destructionem, omnium virium ani-  
mæ & affectuum inordinatam, perversitatem, malitiam, con-  
tumaciam, confusionem &c.

XXI.

Augustana quoque confessio & Apologia corruptionem  
vocant, sub qua tamen et defectus iustitiæ origina-  
lis, & concupiscentia, partiumque animæ inordinata  
dispositio & viciosus habitus comprehendatur.

XXII.

In articulis denique Schmalcaldicis, asseritur pecca-  
tum originale esse summam, adeoque profundam & ma-  
tam humanæ naturæ corruptionem, ut nulla ratione  
agnosci possit, sed ex scripturæ revelatione eam credi  
oporteat.

B

Quæ

70

XXIII.

Quaecum ita sint, consequens est, peccatum originis non imitatione contrahi, nec penam duntaxat esse in nobis.

XXIV.

Confectarium & hoc est, peccatum quidem non esse ipsam naturam siue substantiam hominis corruptam, neq; hanc esse ipsum peccatum: sed fœdissimam & horribilem totius substantiae humanae, animae nimirum & corporis depravationem & corruptionem inherentem: quae corruptio siquidem lapsum primorum parentum secuta est, & ad humanam naturam infecit, non est de essentia hominis, quae homo: sed accidens eius, ut in Scholis loquimur.

XXV.

Et inde est quod Apostolus Rom. 7. vocat peccatum inhabitans & adiacens. Volenti, inquit, mihi facere bonum, comperio ὅτι μοι τὸ κακὸν παράκειται. Vbi eiusmodi utitur voce, à qua παρακείμενα siue accidentia in scholis dicta sunt.

XXVI.

Verum quàm tetrum & horrendum accidens sit peccatum, non ex Philosophorū scholis, sed ex unico Dei verbo explicandum est, & ex illis quae dicta sunt ut-  
cunq; apparet.

M. Pe-



M.  
M. Petrus Calaminus.

XXVII.

Et de natura quidem originalis peccati haecenus :  
nunc de causis eiusdem.

XXVIII.

Causa igitur peccati efficiens Deus nullo modo cen-  
seri aut potest aut debet.

XXIX.

Nec enim naturam hominis malam condidit Gen.  
1. 31. Eccle. 7. 30. nec peccatum mandat aut suadet, sed  
seuerissime prohibet Gen. 2. 17. Et tantum abest ut ho-  
mines ad se venientes excludat Ioh. 6. 37. ut potius eos  
ad se inuitet Matth. 11. 28. Rom. 10. 21. nec ullum ad  
peccandum cogit. arg. Psal. 5. 5. licet multos suis ipsorum  
vijs ambulare sinat Act. 4. 16. ac saepe iusto iudicio pec-  
cata peccatis puniat Rom 1. 26. 27. 2. Thes. 2. 10. 11.

XXX.

Vera autem causa horum malorum omnium est la-  
psus et inobedientia primorum parentum Rom. 5. 12.  
2. Pet. 1. 4 qui illecebris Satana capti libera voluntate  
à Deo desciuerunt, et mandati diuini violatione ami-  
serunt imaginem Dei, ac malum originis inuexerunt,

B 2

iuxta



iuxta Dei comminationem: Quocunq; die comederis  
 &c. morte morieris Gen. 2.

## XXXI.

Et propterea dicitur Adam genuisse liberos non  
 ad Dei, sed ad imaginem & similitudinem suam Gen.  
 5. 3. & nos dicimur gestare imaginem terreni illius 1.  
 Cor. 5. 49.

## XXXII.

Nam fieri non potest, ut aliam naturam generas  
 genito communicet, quam ipse habet.

## XXXIII.

Vnde & illud Christi: Quicquid natum est ex  
 carne caro est Ioh. 3. Et nemo potest mundum dare de  
 immundo Iob. 14. nec natus de muliere mundus appa-  
 rere potest Iob. 15. & 25. quod omnes immundi facti su-  
 mus, & tanquam vestimentum inquinatum omnes iu-  
 sticia nostra Esa. 64.

## XXXIV.

Materialis peccati originis est defectus 2. Cor. 3.  
 s. inclinatio Rom. 7. 23. seu concupiscentia Rom. 7. 7.  
 ut de concupiscentia primi lapsus nihil dicamus.

## XXXV.

Formale est concupiscentia 1. Ioh. 3. 4. & reatus Rom. 5. 16.  
 Subie-



XXXVI.

Subiectum mali originalis sunt omnes & singuli homines, ab Adamo descendentes & naturali modo nascentes.

XXXVII.

Apostolus enim dicit, per unius hominis inobedientiam & defectionem peccatores constitutos esse multos Rom. 5. omnesq; homines in Adam mori 1. Cor. 15. & esse natura filios irae Ephe. 2. quia addit Apostolus: regnare mortem etiam in eos, qui non ad similitudinem praevaricationis Adami peccarint.

XXXVIII.

Quare ut ab hac labe solus Christus praeter & contra naturam ordinem conceptus & sanctus natus (unde etiam dicitur agnus immaculatus, in quo non est peccatum) immunis est: ita reliqui ad unum omnes homines, etiam sanctissimi quiq; ea sunt infecti, omnes corrupti, omnes propter eam rei & damnati.

XXXIX.

Adam igitur transgressione sua non sibi tantum cladem ac ruinam asciuit, sed iisdem quoq; miseris totam posteritatem implicuit, totamq; immerisit.

XL.

Quod tamen non ita intelligendum est, ideò tantis

B 3

nos

nos reos convictosq; coram Deo teneri, quòd prænarricatio primorum parentum nobis imputetur, ac si nulla nostra culpa poenam alieni delicti sustineremus.

## XLI.

Est enim protoplasti peccatum ita alienum, ut etiam cuiq; sit proprium.

## XLII.

Alienum quidem est ratione prima sua originis & propaginis qua in nos derivatur: proprium verò ratione naturæ nostræ, cui innascitur & inheret, eamq; totam contagione inficit.

## XLIII.

Nam sicut ex Adamo, tanquam ex radice & stirpe totius generis humani naturam ducimus: sic ex eodem natura malum haurimus trahimusq; & ingenitâ vitiositatem aò utero matris afferimus Psal. 51. 7.

## XLIV.

Pœnam igitur luimus non tantum ratione alieni delicti, sed etiam quòd culpa rei, id est, involuti peccato originali & eius maculis inquinati sumus.

## XLV.

Quod non obscure Apostolus Rom. 5. indicat, cum propterea nos imperio mortis subiectos esse asserit, quia omnes peccaverimus, hoc est, viciati sumus & naturali

CORRU-

15  
corruptione, imbuti: Per unum, inquit, hominem peccatum in mundum introijt, ac per peccatum mors: Et ita in omnes homines mors transijt, in quo omnes peccarunt.

XLVI.

Vbi audimus, causam mortis esse naturæ depravationem & viciositatem, quæ ab Adam in omnes homines propagata est: In quo omnes peccarunt, inquit, id est, viciosa naturæ facti sunt participes.

XLVII.

Delictum siquidem originale non personam duntaxat primi hominis infecit: sed tota humana natura in ipso vitiata, iniquitatis reatu obstringitur apud Deum.

XLVIII.

Sicut enim Adam prima sua creatione non tantis pro se, sed etiam pro tota posteritate divina gratia dotes acceperat: Sic à Domino excidendo & sibi & posteris eas perdidit, & naturam nostram in seipso corrupit ac viciauit.

XLIX.

Illo igitur spoliato & per peccatum inquinato, nos quoque de ipsius inquinata substantia & massa descendentes & participantes in illius corruptione viciati sumus 4. Esdr. 3. 21.

Etsi

## L.

Etsi autem renati peccatorum remissionem per Christum consequuntur: non tamen puritatem, sed vitium in liberos suos transmittunt: quia remissio peccati non est naturæ, neq; procreatione carnali propagatur, sed gratiæ diuinæ, quæ singulis credentibus specialiter applicatur.

## L I.

Nec verò sunt multa specie differentia peccata originalia, sed vnum idemq; in omnibus, idq; in se & per se, non in alijs maius in alijs minus, sed in omnibus par & æquale.

## L II.

Stante igitur hoc, omnes & singulos homines originali malo esse corruptos: proxima questio est, quid sit in homine corruptum.

## L III.

Asserimus ergo totum hominem, per singulas animæ & corporis partes, deprauatū & corruptū, omnesq; naturæ humanæ facultates ita infectas esse, ut à planta pedis vsq; ad verticem in homine non sit sanitas Esa. 1.

## L IV.

Etsi enim natura ipsa per peccatum, non est abolita, neq; esse desijt: tamē horribiliter deprauata & omni integri-

17  
integritate exuta, sapientiam, sanctitatem, facultatem obediendi DEO, conformitatem cum lege diuina amisit, & contraria acquisiuit vitia.

LV.

Hinc in carne hominis nihil boni habitat, & apparet corruptio originalis in omnibus membris & facultatibus externis ac internis, inferioribus & superioribus: ita ut in appetitu sit immundities, in sensibus infirmitas, in intellectu caligo & ignorantia Dei, in voluntate auersio à Deo & vis inimica Deo, in corde contumacia, & ad omne malum procliuitas, in omnibus denique viribus & affectibus horribilis deformitas & *inertia.*

LVI.

Breuiter, quicquid est in homine ab anima ad carnem usque, vitio originis inquinatum est et ad malum pronum.

M. Gregorius Schönfeldt.

LVII.

Effectus varij sunt: alij culpa, alij poena respectu,

LVIII.

Si enim culpam spectemus, in genere sunt impietas & iniusticia Rom. 1. 18. In specie opera carnis Gal 5. 19. qua concupiscentia militans in membris nostris Iac.

C

4. 1.

78  
4. 1. Et captiuos nos reddens legi peccati, in gignit nobis Rom. 7. 23. Iac. 1. 15.

LIX.

Hinc est quod caro propter inhabitans peccatum Rom. 7. 18. 20. legi Dei subijci nequit Rom. 8. 7. semperque concupiscit aduersus spiritum Gal. 5. 17. Et ex corde hominis egrediuntur cogitationes mala, adulteria, cades, furti &c. Matth. 15.

LX.

Quò etiã pertinet, quod gentes h. e. homines natura propria relictì, propter ignorantiam et cecitatem cordis sui ex indolentia sese tradant lasciuia, ad perpetrandam omnem immundiciem cum auuiditate: Ephe. 4.

LXI.

Si vero pœnam spectemus, inter effecta peccati referri potest Primùm tyrannis Diaboli, qui est aduersarius noster, et tanquam leo rugiens obambulat, querens quem deuoret 1. Pet. 5. Et ingressus in hominem, ut fortis armatus atrium suum bene custodit Luc 11.

LXII.

Quod imperium Satana in homines capit per peccatum Gen. 3. 15.

Et

LXIII.

Et ideò vocatur princeps mundi Joh. 14. 30. Et  
16. 11. id est, illorum qui mundo addicti sunt: Et qui pec-  
cant, dicuntur esse ex Diabolo 1. Joh. 3. 8. quia Diabo-  
lum referunt Et eius Spiritu reguntur.

LXIV.

Vnde scriptura asserit, regnare Diabolum in contu-  
macibus Ephe. 2. 2. excacare mentes infidelium 2. Cor.  
4. 4. eosq; laqueis suis irretitos tenere 2. Tim. 2. Et sub  
pretestate sua habere Act. 26. 18.

LXV.

Deinde cruciatus conscientie, trepidatio, fuga Dei  
Gen. 3. 8. cogitationes accusantes Rom. 2. 15.

LXVI.

Præterea, quòd propter peccatum expositus est ho-  
mo vitæ huius omnis generis calamitatibus, quales sunt  
arumna, morbi, dolores, labores, difficultas victus,  
maledictio terra, exilium, Gen 3. 24 vitæ breuitas P sal.  
90. 7. 8. 9.

LXVII.

De hoc effectû Psalmista inquit: Propter iniqui-  
tatem corripis hominem P sal. 39. 12.

C 2

Quartò

## LXVIII.

Quartò, quod reos nos facit ira Dei. Sicut Apostolus testatur, iram Dei è cælo palàm fieri super omnem impietatem & iniusticiam hominum Rom. 1. 18. omnesq; homines esse natura filios ira Eph. 2. 3.

## LXIX.

Hanc verò ob iram Dei, peccatis nostris provocatam, non prima duntaxat, sed secunda quoq; morti subiecti sumus: qui ultimus est peccati effectus.

## LXX.

De hoc peccati effectu Deus Adamum pramonens, utramq; mortis speciem complectitur, inquiens: Quocunq; die comederis, morte morieris Gene. 2. Et de utraq; specie Apostolus loquitur: per peccatum mors introijt in mundum Rom. 5. stipendium peccati mors est Rom. 6. Aculeus mortis peccatum est 1. Cor. 15.

## LXXI.

De morte autem prima, qua temporanea & corporis tantum est, fidelibus iuxta & infidelibus communis, scriptum exstat: Pulvis es, & impulverem reverteris Gen. 3. Et Rom. 5. Regnavit mors ab Adam usq; ad Moysen, in eos quoq; qui non peccaverant ad  
simi-



similitudinem transgressionis Adam. Et de primis pa-  
tribus legitur quod sint mortui. Gen. 5 Reuertitur pul-  
uis in terram suam, unde erat Eccl. 12. Hodie rex, cras  
cadauer Syr. 10.

### LXXII.

De morte verò secunda, qua propria est infideli-  
um reproborum, in hac primùm vita incipit, & dein-  
ceps aeterna, & tam corporis quàm animæ est, (impri-  
mis tamen animæ) ac alienatio à Deo, vitæq; ac imagi-  
nis illius privatio Gen. 3. 7. 22. Joh. 6. 53. Eph. 4. 18.  
aeternumq; exitium ac supplicium definitur 2. Thess. 1.  
9. Matth. 25. 46. Apoc. 21. 8. de hac, inquam mor-  
te dicitur: totum hominem per offensas & peccata  
mortuum esse Eph. 2. 5. Coloss. 2. 13.

### LXXIII.

Vnde etiam homines licet naturaliter viuentes, mor-  
tui tamen appellantur Matth. 8. 22. Luc. 9. 60. Joh.  
5. 25. qui nimirum serui facti peccati membra sua sistunt  
serua impuritatis & iniusticie Rom. 6. 16. 17. 19.

### LXXIV.

Et Eph. 4. Apostolus infert, gentes alienatas esse  
à vita Dei propter ignorantiam & cecitatem cordis.  
Et 2. Thess. 1. inquit: Christus cum flammeo incendio  
infliget ultionem ijs, qui non nouerunt Deum.

C 3

Ceterum

## LXXV.

Ceterum ut agrotanti nō tantū cogitandum est, quomodo & unde morbum contraxerit, sed etiā dispiciendū, quomodo contracto malo mederi debeat: Ita nos quoq; non modò de originalis contagij propagatione disputare, verum etiam de propagati remedio inquirere decet.

## LXXVI.

Constat igitur ex verbo Dei: etsi peccatum natura sua reos nos facit ira Dei, mortisq; & damnationis aeternae: non omnes tamen peccatores sine discrimine damnari.

## LXXVII.

Verum hoc non fit ratione peccati, sed remedij quo nonnulli utuntur.

## LXXVIII.

Hoc igitur ostendentes, addimus in definitione hac verba: nisi fiat remissio propter Christum mediatorem fide apprehensum.

## LXXIX.

Iustificamur enim gratis gratia Dei, per redemptionem qua est in Christo Iesu Rom. 3. & per sanguinem eius servamur ab ira Dei Rom. 5. 1. Thes. 1. & sciamus

17118

25

mus quod constituti sumus non ad iram, sed ad salutem  
obtinendam per Dominum nostrum Iesum Christum 1.  
Thes. 5. cuius unius obedientia iusti constituimur, &  
reconciliati Deo per mortem eius, vera & perennis vi-  
tae participes reddimur Rom. 5. 17.

LXXX.

Peccatorum ergo veniam consequimur gratia  
Dei per & propter Christum mediatorem, neq; impu-  
tantur nobis peccata in condemnationem, sed adoptati  
in filios, grati Deo efficimur in dilecto Eph. 1. 6. Rom.  
5. 11.

LXXXI.

Atq; ita non originale tantum, sed actualia quoq;  
peccata illis remittuntur Rom. 5. 16. Sicut recte Au-  
gustinus inquit de peccat. meri. lib. 1. Ab Adam, in quo  
omnes peccavimus, non omnia nostra peccata, sed tan-  
tum originale traduximus: A Christo vero, in quo  
omnes iustificamur, non illius tantum originalis, sed  
etiam ceterorū, quæ ipsi addidimus, peccatorum remis-  
sionem consequimur.

LXXXII.

Ipsi quoq; sic iustificati carnem suam domant, & af-  
fectibus resistunt ne dominantur Gal. 5. 17. atq; fiunt o-  
pus Dei Eph. 2. 10. & tēpla spiritus sancti 1. Cor. 3. 16.  
donec fiat plena peccati abolitio & imaginis Dei restitu-  
tio in novissimo die 1. Ioh. 3. 2. Et hoc

## LXXIII.

Et hoc est, quod in definitione dicitur, renovationem natura fieri per spiritum sanctum.

## LXXIV

De huiusmodi sanctis Rom. 8. dicitur: Nulla nunc est condemnatio ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem incedunt, sed secundum spiritum.

## LXXV.

Tollitur ergo omnis reatus peccati in sanctis, siue is sit propter Adæ lapsum, siue propter nostram naturam corruptionem siue etiam propter nostras pravas actiones: vitium verò nativum in uniuersum ita non tollitur, sed reliquie quedam permanent.

## LXXVI.

Vnde Augustinus, Concupiscentiam carnis, (scilicet peccatum originale) in Baptismo dimitti ait, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur lib. 1. de nupt. Et concupisc. cap. 25.

## LXXVII.

De illis verò reliquijs duo tenenda sunt. Alterum est, quod quicquid in renatis mali superest, rationem peccati obtineat, siue natura sua peccatum sit.

Paulus

LXXXVIII.

Paulus enim hoc malum disertè nominat peccatum Rom. 6. 6. 12. & 7. 17. 8. & passim alibi.

LXXXIX.

Adde quod Rom. 7. 23. idem malum vocat legem repugnantem legi mentis.

XC.

Hinc est quod renatos iubet reprimere peccatum ne regnet Rom. 6. 12. mortificare spiritu actiones carnis Rom. 8. 13. carnis desideria non perficere, sed crucifigere carnem cum affectibus & concupiscentijs Gal. 5. 16. 24. deponere & exuere veterem hominem Ephe. 4. 22. Col. 3. 9.

XCI.

Deniq; quanta sit huius mali impuritas Paulus ipse tristissima sua querela omnes docere voluit miserè exclamans: Miser ego, quis me liberabit ex isto corpore mortis? Rom. 7.

XCII.

Alterum est: quod renati propter concupiscentiam in natura sua reliquam non reddantur Deo exosi id non fieri respectu ipsius concupiscentia, sed ratione gratia & misericordia Dei Thren 3. 22. ac meriti Christi,

D

quo

quo reatus transit & soluitur Rom. 7. 25. & 8. 1. 2.  
3. 4. 2. Corinth. 5. 21. Eph. 2. 5.

## XCIII.

Et in hanc sententiam Augustinus Iuliano respon-  
det: Dicimus reatum concupiscentia, non quo ipsa rea  
erat, (neq<sup>3</sup> enim persona aliqua est) sed quo reum homi-  
nem originaliter faciebat, remissum & solutum esse:  
ipsam verò esse malam, ita ut ab ea postea regenerati  
desiderent atq<sup>3</sup> optent sanari lib. 6. cap. 6. cont. Iulian.

## XCIV.

Medium autem quo Christo coniungimur &  
peccati remissionem consequimur, est fides, Sicut Apo-  
stolus Rom. 3. inquit: proposuisse Deum propitiationē  
in Christo Iesu per fidem in sanguine eius. Et Ioh. 1. di-  
citur: Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem  
filios Dei fieri, his qui credunt in nomen eius. Et simi-  
lia loca passim exstant Ioh. 3. 15. 16. & 6. 40. Marc.  
16. 16. Act. 10. 43. & 13. 39. & 16. 31. 1. Pet. 1. 5. & 2.  
6. Gal. 2. 16. &c.

## XCV.

Et ideò Christus toties repetit: Fides tua saluum  
te fecit.

Iohan.

27

# Iohannes Christophorus Florerüs.

## XCVI.

Et hæcenus quidem singula definitionis membra examinavimus, naturamq; causas, effectus & remedium peccati monstravimus: Nunc de huius doctrina corruptelis circa peccati naturam versantibus, nonnihil agemus.

## XCVII.

Ea potissimum dua sunt: altera in defectu, altera in excessu delinquens.

## XCVIII.

Corruptela in defectu posita sunt, que humana arrogantia & insolentia blandientes originale malum nimium extenuant.

## XCIX.

Ac primum quidem dicimus gravissimè errasse Pelagium, qui natura sanitatem puritatemq; collaudans peccatum originis sustulit, asserendo, peccatum non in natura, sed in voluntate saltem consistere: libidinemq; & concupiscentiam, que natura nobis inest, bonum esse, nec in ea esse quicquam cuius nos pudere debeat: homines etiam nunc post lapsum habere liberum arbitrium, & posse eos sine gratia Dei mandata divina prestare,

C.

Multo rectius scriptura: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ Psal. 38. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum Rom. 7. figmentum cordis humani malum Gen 8. Concupiscentiam non novissem, nisi lex diceret, Non concupisces Rom. 7. Hominem esse mortuum, servum peccati, habere cor prævium, non intelligere, pro stultitia habere verbum crucis &c. sicut ex superioribus patet.

C I.

Docuit etiam, Adamum etsi non peccasset, lege tamen & conditione naturæ moriturum fuisse: eumq; sibi duntaxat, non etiam posteris lapsu suo nocuisse: atq; ideò parvulos non trahere vitium originis ex parentibus, sed eos imitatione & actione malos reddi.

C II.

Quæ hypotheses si veræ essent, non rectè diceretur in scriptura: per peccatum mortem intrasse in mundum Rom. 5. Stipendium peccati esse mortem Rom. 6. unius inobedientia peccatores constitutos esse multos Rom. 5. & homines concipi & nasci cum peccatis Psal. 51. & esse filios iræ naturæ Eph. 2.

C III.

Adde quod iniuste punirentur infantes, nisi & ipsi pecca-



peccatum intus ab utero matris haberent, & cor eorum  
ab ipsa natiuitate prauum esset Gen. 8. 29

#### CIV.

Deinde falso quoque docuerunt scholastici, peccatum  
originis non esse positivam prauitatem in natura habē-  
tem, sed aut tantum privationem iusticię originalis,  
qua amissa, naturalia tamen in homine manserint in-  
tegra: aut conditionem, seruitutem & pœnam, quam  
homines sine propria sua culpa et vitio, propter lapsum  
primorum parentum sustineant, Deiq; iudicio obnoxij  
reddantur: aut fomitem in carne & appetitu sensiti-  
uo, qui rationem per sese ab omni labe immunem ad  
peccatum alliciat, excitet & trahat: aut deniq; à diáφe-  
rev, ratione cuius nec boni nec mali sumus, nec laudemur  
nec vituperemur. Hominem item habere liberum ar-  
bitrium faciendi bonum & omitendi malum, eumq; ex  
viribus naturalibus omnia Dei mandata prestare pos-  
se, & Deum super omnia, ac proximum sicut seipsam  
diligere.

#### CV.

Quas quidem assertiones omnes falsissimas esse, &  
cum sacra scriptura ex diametro pugnare, ex illis, quę  
de natura peccati diximus, manifestum euadit.

D 3

Tertiò

CVI.

Tertio quadrupliciter hic errant Pontificij et Jesuita, fingentes: Quod malum originale post baptismum in renatis non habeat rationem peccati, sed sit tantum imbecillitas natura, quae ceu fomes ignem, sic haec peccata facile concipiat, & in carne haerens superiorem etiam anima facultatem, alias a contagione immunem ad peccatum excitet & pertrahat: Quod reatu tantum & poena transgressio Adae in posteros sine ipsorum proprio vitio & culpa, propagetur: Quod concupiscentia in renatis reliqua, tum demum sit avouia, si perficiatur: per se vero sit conditio natura bona & sancta, aut certe indifferens: Quod nihil habeat rationem peccati, nisi sit voluntarium &c.

CVII.

Quas absurdas opiniones & Pelagianismum redolentes solide post Augustinum refutavit D. Martinus Chemnicus in libro Examini Decretorum concilij Tridentini, quò lectorem remittimus.

CIX.

Quarto cum ambiguas, tum falsas assertiones esse iudicamus eas: peccatum quidem esse malum, naturam vero humanam in sese esse puram, integram ac sanam, quae etiam

31  
etiã actiones spirituales ex sese edere et exercere possit, si  
modò externum impedimentum, ceu allium à magnete,  
aut macula ex facie remoueatür & eluatur: 2. aut cer-  
te non adeò corruptam, qua non aliquid boni, ut capa-  
citatem, habilitatem, aptitudinem, vim & facultatē  
aliquam ad efficiendas actiones spirituales retinuerit:  
3. Atq; ita liberum arbitrium in spiritualibus atte-  
nuatum esse, non extinctum: labefactatum non penitus  
sublatum.

### CIX.

At nos ex verbo Dei edocti, scimus quod tota ho-  
minis natura peccato corrupta & deprauata sit, ita ut  
totus homo sit mortuus, nedum ut ex seipso aliquid bo-  
ni operari possit 2. Cor. 3. 5.

### CX.

Et hæc de corruptelis, quæ originalis mali naturam  
extenuant: Superest, ut agamus de ijs, quæ in exces-  
sum excurrentes peccati naturam plus iusto exaggerat.

### CXI.

Et sanè Flacius Illyricus post Manichæos nostro  
etiam seculo fœdissimum hunc errorem resuscitauit, &  
in Ecclesiam Christi inuexit: quod videlicet peccatum  
originis sit substantia, sit anima et substãtialis forma a-  
nima, ipsaq; formalis substantia hominis, sit cor, mens,  
ratio

ratio & voluntas hominis, sit caro, vetus Adam, cer-  
uix ferrea, adeoq; ipsa natura humana corrupta &c.

## CXII.

Etsi enim tota substantia hominis sanctitate & inte-  
gritate sua exuta & horribiliter corrupta & depra-  
uata est, ita ut nulla pars eius à peccato immunis sit,  
neq; corruptio illa, ceu abstractum aliquod, extra sub-  
stantiam hominis poni debet: Non tamen sequitur,  
quod peccatum originis sit vel substantia, vel ipsa na-  
tura hominis corrupta, aut eius pars aliqua, quodq;  
nullum discrimen faciendum sit inter naturam & pec-  
catum.

## CXIII.

Pugnat certè hypothesis hæc non tantum cum Au-  
gustino lib. de nat. & grat. cap. 19. & 20. sed etiam cū  
tota sacra scriptura, nedum ut ex illa probari & de-  
monstrari possit.

## CXIV.

Ac primum quidem impingit in articulum creati-  
onis: Natura siquidem humana, quam accepit Adam  
à Deo in prima creatione, sed tamen absq; peccato, ea-  
dem post lapsum quoq;, licet peccato contaminata &  
misere perditā, mansit, neq; noua species Adam esse  
cepit Gen. 2.

Et

35  
Et post lapsum quoq; natura nostra à Deo est, quem  
autorem & conseruatorem habet Eccle. 7. 30 Iob. 10. 8.  
Psal. 100. 3. & 139. 5. Col. 1. 16. Corruptio verò seu pec-  
catum à Diabolo ortum, per unum hominem intravit  
in mundum Gen. 3. 6. 7. Iob. 8. 44. 1. Job. 3. 8.

CXV.

Si nunc dicas, peccatum esse ipsam naturam aut sub-  
stantiam hominis. sequetur illud aut à Deo esse, aut cer-  
tè Diabolus substantia alicuius autor efficietur, quod est  
absurdum.

CXVI.

Deinde pugnat cum articulo redemptionis. Filius  
Dei integram quidem humanam naturam, eamq; nobis  
συνγενῆ assumpsit Iob. 1. 14. Heb. 2. 14. sed absq; pec-  
cato Heb. 4. 15. redemit item naturam, peccatum verò  
minimè.

CXVII.

Deniq; cum articulo sanctificationis. Hominem  
Deus regenerat 1. Pet. 1. 23. sanctificat 1. Thes. 5. 23. in  
gratiam acceptat Eph. 1. 6. Col. 2. 13. eumq; omni corru-  
ptionis labe liberatum in nouissimo die à morte resusci-  
tabit Iob. 19. 25. 1. Cor. 15. 22. 23. 1. Thes. 4. 16. atq;  
corona iusticia, vitæ & gloria ornabit 2. Tim. 4. 8.  
Apoc. 2. 10. Iac. 1. 12. 1. Pet. 5. 1. peccatum non similiter.

E

Id enim

34 Id enim abolebitur, & amplius non erit Esa. 60. 21. Ier.  
50. 20. Epist. Iuda 24. quando scilicet corpus nostrum  
conforme reddetur corpori Christi glorioso Phil. 1. 21.  
sineq; ruga & macula sancti ac inculpati illi sistemur  
Eph. 5. 27. in eandem imaginem transformati 2. Cor.  
3. 18. similes ei erimus 1. Ioh 3. 2.

CXVIII.

Aliud igitur natura est siue homo, aliud peccatum in  
natura, siue humana natura corruptio: sicut etiam A-  
postolus illa duo distinguit, quando nominat carnem &  
malum in carne, seipsum & peccatum inhabitans siue  
adiacens Rom. 7. 23. mentem & vanitatem eius, cor et  
obdurationem in corde Eph. 4. 17. 18.

CXIX.

Et Ierm. 17. legitur: peccatum Iuda scriptum esse  
stylo ferreo in corde ipsorum: unde Heb. 12. 1. circum-  
stans peccatum & tenacissime inherens nominatur: Nō  
ergo peccatum est cor ipsum, sed cordi inheret, & omnes  
nostri partes occupat.

CXX.

Propterea etiam homo accusatur non ratione essen-  
tia sua per se considerata, sed ratione peccati quo essentia  
sue natura corrupta est. Et sublato peccato, non verò  
destructa hominis essentia, is cum Deo in gratiam redit.

Sicut

35  
Sicut Esai. 59. dicitur: iniquitates vestrae dividerunt  
inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra ab-  
sconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

CXXI.

Et in oratione dominica petimus, ut remittantur  
à Deo peccata nostra: quod petere non possemus, si idē  
essemus nos & peccata nostra.

CXXII.

Sicut ergo ipsius quoque Diaboli substantia, quam  
à Deo habet, cum proprio illius, quod est mendacem &  
homicidam esse Ioh. 8. 44 non est confundenda: Sic  
inter naturam hominis, quae, in quantum natura, bona  
& à Deo est, (Augustinus cont. Julian. lib. 1. cap. 3. &  
cont. Epist. Manich. cap. 33.) & inter peccatum, quo  
natura foedissime depravata & Deo rea facta est, ut in-  
ter opus Dei & opus Diaboli, diligenter & perpetuo est  
discernendum.

F I N I S.

36

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





Ge 133

ULB Halle

3

002 178 605



Sb.

Handwritten signature or initials

Handwritten mark





DE PE  
EXPLI  
THODOXA  
CERTIS THES  
de quibus in ce  
bergenfi X  
&


VRBA  
Pro Licenti  
Doctorum in Th

M. CHRISTOP  
stor Eccley  
sacrae Th

M. PETRVS C  
& Conci

M. GREGORIV  
JOHANNES  
rus Fran

Ex officina Typo  
S N



4.7  
R=  
A,  
A:  
m  
t:  
Pa-  
fessor  
fessor  
g.  
R I-  
ni.

